INNOCENTIUS PP VIII

Dilecte fili salut et aplicam ben. Remisimus et condonavimus ats Coitati et hominibus Terre nre Montissancti Centum duc auri de camera quolibet anno usque ad Trienniu ex tunc computandum de Taleis quas camere aplice solvere tenebantur, ad effectum redimende certe possessionis, qua pp eoru necessitates vendere coacti fuerat: Deinde dcm Trienniu ad aliud Trienniu prorogavimus: prout in alio brevi nro desup edito plenius continetur. Cum vero etia denuo dca Coitas suas necessitates nobis exposuerit: et de aliqua alia prorogatione humiliter supplicari curaverit. Nos hmoi supplicationibus inclinati: Trienniu predictu ad aliud quoque Triennium a fine dicti secundi Triennij computandu iterum prorogamus atque extendimus: Mandates Tibi et pro tempore existenti Thesaurario: ut data p ipam Coitatem imprimis cautione idonea de redimendo cu effectu possessione hmoi intra dcm tertiu Triennium: Coitatem et homines pfatos de redimenda dicta possession interim non molestes. Si tamen Triennio pdco eande possessione no redemerint: volumus qd illo elapso, predca p nos eis facta remissio Talearum nulla sit: et Tu hmoi Taleas ab ipa integre exigere tenearis: Dca remissione ei in nullo suffragante: In cotrariu facien no obstant quibuscuque. Datum Rome apd Scum Petru sub Annulo Piscatoris die xxiij. Julij. Mcccclxxxx. Pont. nri Anno Sexto.

Hie. Balbanus.

~ Dilecto filio Theſaurario Prouincie
nre Marchie Anconitan: pnti et pro
tempore exiſtenti

Innocenzo VIII.

N.° 13.°